RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 4v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26344
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Pater tuus Iacob cui in carne gloriis quod pater tu
us sit. ueniet inquit qui mittendus est. et ipse erit
expectatio gentium. Quod ille die expectationem gen
tium. hoc intellige hic benedictionem omnium gentium.
et hanc esse remissionem peccatorum. quia peccatum
maledictio est. per quod mors introiuit in hic mundum.
Ergo illud semen abrahae messias est quem expectauerunt
patres tui. et in hoc semine credentem abrahae fides
adiustitiam reputata est. et phuium iustitiae. id est fidei me
rito dominus cum illo fedus pepigit. cui iudaicae fedus
signum circumcisionem dominus esse uoluit. IVDEVS.
Sed ut dicis federis id est fidei signum circumcisio est. quae
in illa parte corporis quae non apparet posita est. signum
enim sunt id quod pro signo ponitur ibi poni debet
ubi uideatur. XPIANVS. Cur quod non potest in facie id est
maiore signum positum est. id est in aliqua parte corporis
ubi pareret. A deo nichil non uidetur. sed omnia nuda et
aperta sunt oculis eius. Meli quod et rationabilius quam in se
mine uenturo erat fides in ea parte corporis per quam
semen naturaliter traducitur signum fidei positum est.
Sic noe. qui similiter per fidem iustificatus est. credidit enim
deo dicenti. Ecce ego adducam aquas diluuii et cetera.
cum ceteris fere omnes permanerent increduli. propter quod et
scriptura de illo dicit. quia iustus atque perfectus cum
deo ambulauit. sic inquit congruum signum accepit.
secundum rationem suae fidei. Nam et dicentem deo ecce ego ad
ducam aquas diluuii super terram. atque ego pluam super terram. et
diebus et quadraginta noctibus inundabitur credidit. et
fecit arcam sicut dominus mandauerat ei. signum accepit nubi
cum quae in nubibus celi. unde descendit pluuia sicut ipse
credidit. Nam ecce inquit dominus ego statuam pactum meum
uobiscum. et hoc signum federis inter me et uos. Arcum meum

XPIANVS